

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2698

Auteur(s) : Sées (official)

Bénéficiaire(s) : Bellême, Saint-Léonard, dépendance Saint-Martin de Marmoutier (prieuré)

Genre d'acte : vidimus

Authenticité : non suspect

Datation : 1248, janvier

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Vidimus par l'official de Sées (1247 a.s.) d'une charte de Rotrou IV, comte du Perche (1190, juillet), par laquelle il confirme aux moines de Bellême la vente faite par Hémeri de Villerai de tout droit et usage de justice qu'il pouvait avoir en leur terre de Dancé.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, Mortagne-au-Perche, Meaux (Documents sur la province du Perche ; 3e série, 2), 1894, n° 210, p. 201.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis Officialis Sagiensis salutem in Domino.

Noverint universi nos litteras R[otrodi] quondam Comitum Perticensis, sigillo suo vero et sigillis Gaufridi et Stephani filiorum suorum veras vidisse, ut prima facie apparebat, et diligenter inspexisse, non cancellatas, non abollitas, nec in aliqua parte sui viciatas, quarum tenor talis est :

In nomine Jhesu Christi, Ego R[otrodus] Perticensis Comes et dominus notum facio universis tam presentibus quam futuris quod Hemericus de Vilerai vendidit, pro XXXV libris Andegavensibus sibi et (deux mots grattés et effacés) Gaufrido, in presencia mea cum assensu Gaufridi, fratris sui, et sororum suarum, monachis de Bellissimo quidquid juris et consuetudinis et justicie ipse habebat in terra eorum apud Dance, ita quod prefatus Hemericus nichil unquam aliquid reclamabit, nec in terra, nec in hominibus, nec heredes sui ; et hoc resignavit in manu mea et ego monachos investivi. Hanc venditionem firmiter tenendam assecuravit predictus Hemericus et Gaufridus frater ejus, fide eorum corporaliter prestita et juramento prestito super altare apud Vilerail.

Testes sunt isti : Ghacho de Vicheris, Guillelmus de Voire, Nicholaus de Amilleio, Nicholaus Le Viandier, Willelmus de Beureria, Adan de Loissael, Nicholaus de Vaunoise, Johannes de Rupe, Willelmus de Vilerail, Guarinus Bolenus, Rogier Igniard, Aubertus du Jarriai, Barachin Coutail, Hugo Le Viandier, Hubert Ignard, Johannes de Yvrece, Robin Ignard, Gaufridus de Vilerail. Ut autem predicta venditio stabilis et firma habeatur, sigilli mei et sigillorum filiorum munimine roboratur.

Actum anno gratie M° C° nonagesimo mense julio.

In cujus rei testimonium ad petitionem predictorum monachorum presentibus litteris sigillum Curie Sagiensis dignum duximus apponendum.

Datum anno Domini M° CC° XLVII° mense januarii.